

Aduertencias para

Bulla incipienti. Spectatus qui in castitatis,
&c. Omnia huius Religionis priuilegia per
suos predecessores concessa confirmauit, &
de nouo concessit.

PRO FRATRIBVS SOCIETATIS.

50 ¶ Pius Papa. 5. Romę apud Sanctum Pe-
trum sub anulo Piscatoris, die 7. Iulij anni Do-
mini. 1571. Pontificatus sui anno sexto, in Bul-
la quę incipit. Dum indefesse cōsiderationis.
&c. Motu proprio nō ad Prepositi Generalis,
& Societatis vel alicuius eorum, aut alterius
pro eis Pontifici super hoc oblate petitionis
instantiam, sed ex mera liberalitate, & certa
scientia declarauit indulget & concessit Socie-
tatem & illius Prepositum, ac singulas perso-
nas Societatis verē, & non fictē Mendicantes
fuisse, esse, & fore, & inter aliorum Fratrum
Religiosorum Mendicantium Ordines, alios-
que Fratres & Religiosos Mendicantes com-
memorari, & connumerari debere, ac omnes
& singulas tam iuris, quam hominum disposi-
tiones, in fauorem Religiosorum, seu Fratrum
Mendicantium, nunc, & pro tempore emana-
tas, etiam in Societate, illiusque domibus,
Colle-